

ad hunc perfectionem apicem a Deo vocari; sed quoniam vos ipsi fatemini, omnino necessum esse inordinatam hanc vivendi rationem, quam ad hanc fortasse diem duxistis, relinquere; certissimam hoc faciendi rationem vobis præbeo, ut videlicet nunc tempus vestrum, vestraque occupationes prorsus alio modo ordinatis; ordo quippe adducit ad Deum, & hic modus est eidem serviendi, ut ipse desiderat. *Idem.*

Ex pietatis exercitiis initium docere debemus vitæ nostræ ordinem instituentes; & hoc nomine intelligo actiones, quæ immediate tendunt ad Deum, cui singulis diebus cultum, honoremque adhibere debemus. Hac autem pietatis exercitia sunt oratio, bonorum librorum lectio, sacris interesse mysteriis, ad sacramenta accedere, Dei verbum audire, & illa charitatis christianæ opera facere, quæ cum uniuscujusque statu conveniunt. Hac possibilia esse debet vitæ nostræ pars; vel ut melius dicam, optandum esset, ut unice his rebus sanctis adhereremus; sed quia miseræ hujus vitæ necessitas non sinit, saltem in illis temporibus aliqua impendenda est; ideoque pia consuetudo est eandem cum ipsa religione, verique Dei cultu jactans antiquitatem, illi principium saltem, ac finem diei dedicandi, & pauci sunt, si flagitiosissimos homines excipias, qui hoc ipsum de more non præstant. Dico principium diei; jus enim, & fas est Deo consecrare primitias; hac arte cælesti auxilium obtinendum est; & hinc fidelis satis intelligit, quid sibi reliqua diei parte agendum sit. Ut autem huic muneri vestro satisficiatis, illi, qui rerum omnium principium, & finis est, primas actiones offerite, primam mentis cogitationem, primam cordis vestri affectionem, primum oris vestri verbum serventi oratione; atque fatemini, quandoquidem illi vitam debetis, hanc a vobis in illius servitute esse impendendam. Numquam, Audite christiani, sanctum matutinæ orationis morem omittite, atque tunc decernite, quid vobis tota ea die faciendum sit, non oblitri, christianam vitam ordinatam esse debere, & nihil fortuito esse aggrediendum. . . . Secundo diei finis imponendus est ad examinem revocando quidquid per diem acciderit, & gratias agendo ob ea beneficia, quæ in nos divina effudit liberalitas, necnon ob pericula, a quibus nos præservavit, atque peculiare præsidium, quod nobis contulit, ne laboreremur in ea scelerata, quæ æternæ damnationis nostræ causa fortasse fuissent. Hic hodierna die in plerisque Christianis familiis mos obtinet, vespere in communi preces Deo fundere; atque optandum esset, ut adeo sancta consuetudo ubique gentium vigeret; saltem nemo singillatim cubitum ire debet, quin hoc adeo christiano munere fuerit perfusus, quod cæli gratias, & benedictiones promeretur illis, qui hac incedunt via, & qui Deo gratias & habent, & agunt. Verum hoc nondum satis est; præter diei initium, ac finem ordinandæ sunt actiones pietatis per intervalla exercende, devotiones, confessiones, elemosinæ, alique charitatis opera, penitentia, & quidquid necessum est, ut vero, & regulari Christiani dignam vitam agamus. *Auctor Augustinus.*

At enim molestum est, vitam ita constantem, regularem, atque christianam ducere; sed quantumcumque molesta esse possit hæc ordinata vita, numquid fidelis deliberandum est, utrum sibi ducenda sit vita christiana? Hanc vero ducere ne potest, quin in officiis suis sit ordinatus? Profecto si labor, atque difficultas non a virtutis exercitatione deterrant, non Dei tantummodo cultus, sed omnes vitæ conditiones, ipsa immo etiam humana societas abdicanda est: quæ enim hujus mundi officia secum quemdam molestiam, ac subjectionis characterem non gerunt? Quid in vitæ hujus commercio esset ille, qui nulla in re vim sibi facere vellet? Nemo in mundo vir honestus habetur, qui in omnibus ferme rebus sibi vim minime facit. Sibi vim inferre didicerit, opus est, qui inter eos, qui onesti viri dicuntur, locum habere velit; hoc faciendum est; hoc ab omnibus fit. Et nemo ab hac lege secum dispensare quærit nisi in illis, qui pertinent ad Deum; omnia nimis ista ardua sunt, nimis molesta, difficilia. Regularem esse, hoc est in omnibus actionibus regulam sequi, quanti laboris est? Frustra dicitis, Deum esse, cui servitur, & essentialium officium nostrum, æternamque nostram felicitatem.

Idem.

citatem a colu illius separari non posse; omnes conqueruntur, languent, fastidiunt. Numquid sibi hinc iugiter invigilandum est, semper attentos, ac sollicitos esse opus est, ne quid præter ordinem fiat? Si hæc fuerit consuetudo in civili vita probata, nullis pareat sumptibus: at ex quo hoc est hominis christiani officium, hoc ipsum officium jam impossibile esse videtur. Heu! quam ipsi nostræ Religionis ideam concepimus? quænam in muneribus nostris obundis negligentia, quænam nostræ salutis incuria? *P. Croiset, tomo primo considerationum spiritualium.*

Si ad cæli possessionem acquirendam incessanter noctu, atque interdiu ingratis vacandum esset officii, ex quibus nullam voluptatem, nullumque fructum perciperemus, quod tot homines faciunt; si omnibus decoris legibus parendum esset, atque in eo omnis collocanda esset industria, ut omnium nosmet ingenium accommodaremus, quod alicui præstant; si tempus, valetudo, ipsa denique vita inflamenda esset in magna negotiorum, impedimentorumque caterva, occupata semper, & indefinenter oppressa, numquid magnus esset servorum Dei numerus? Si ad vitam, ut perfectum decet christianum, ducendam, omnia mundanorum odia subeunda essent, servandeque ad unguem omnes consuetudinis, urbanitatis, ususque leges; si, ut Deo placeremus, tantum & animum, & corpus torquere deberemus, quantum mundana mulier, ut mundo placeat; numquid suave Domini jugum, ac pondus leve diceretur? Numquid utriusque hujus jugi discrimen non percipitur? Percipitur quidem; fatentur omnes etiam, mundum dominum esse nequam; sævus, crudelis, ac tyrannus vocatur: neque fingere possit aliquis sibi Deum æque bonum, & beneficium, qualis vultus Deus est. Cur ergo hæc auditur querela de illis difficultatibus, & vi, quam sibi quilibet inferre debere putat, ut fideliter sua obsequia, dominoque suo adeo benefico inferriat? *Idem.*

Vera pietas nunquam fuit iners, semperque orationem, actionemque simul novit conciliare. Qui veram obtinet virtutem, in hoc præcipuum pietatem constituit, si ad unguem suo munere perfungatur, quantumvis arduum sit, ac difficile, scilicet, perfectionem, quam a nobis expectat Deus, esse status nostri perfectionem, quandoquidem nos ad illam vocatur. Quodnam esset Providentiam consilium, si nos in aliqua conditione staretur, ut in ea nihil ad illam pertinens perfereremus, vel ut omnia ibi negligenter, oscitante, inordinate, incuriose faceremus? . . . Amor proprius pati nequit quidquid crucem, & vim sapit; & illud ipsum, quod primum ultro perquirebamus, onus fit non ferendum, ex quo migrat in officium. Eadem ex causa accidit nonnumquam, ut aliquis minimis in rebus ad scrupulum usque sit diligens, negligens vero in majoribus usque ad quandam speciem oblivionis. Verum ignorari ne potest, si illisio quadam est arbitrari posse, nosmet a minimis status nostri obligationibus dispensare, dummodo iis perfungamur, quæ majoris momenti sunt; non minus gravem errorem esse, nosmet in magnis dispensare, atque eorum, quæ exigua sunt, sedulos esse observatores. *Idem.*

Quisnam error est suam querere perfectionem extra statum suum? Diversæ sunt conditiones, sed obligatio omnium munerum earundem adimpleendorum est eadem; certum nihilominus est, non omnem devotionem omnium conditionum esse propriam; & quod aliorum sanctitatem gigneret, aliorum saluti obicem futurum. Hæc, ut evangelicis utar locutionibus, videmur velut arbores sunt, quæ fructus ferre debent, sed fructus juxta speciem suam; & hæc in re ignavia nostra excusari non potest. Si nobis acquirenda esset perfectio status a nostro diversi, hæc protecto magis comparanda esset laboribus, & virtus difficilis esset; sed quantum excusatio, cum liqueat veram virtutem in officiorum nostrorum cura consistere? Quidquid facimus, ex nostra voluntate pendere volumus; ex quo vero debitum est status illius, in quo sumus, amor noster torquetur, & angitur; nihil ei placet, nihil aridet. Deus autem vult a nobis fieri quod ille præcepit, videlicet ut status nostri perfunderemur officis ea, qua fieri potest, diligentia; & gravissima illisio est ejus præcepta negligere, & quaeris consilia, cum status nostri propriis non sunt. *Idem.*

Labat vitæ in Deo calu ondi nate tantus non est, mobilibus, quænam garribusque mundi consuetudine, diuibus se se accomodate.

Sedula in officiis obundis cura ortum præcedit.

Non alia querenda perfectio est, quam quæ in officiorum nostrorum cura consistit.

Metuendum non est, ne infirmum habere spiritum videaris, cum magna sollicitudine rerum tuarum fatigis, atque inusitatum zelum erga temporalia negotia præ te fers. Quænam in re familiari œconomia præ te fers. Quænam in singillatim cures? Et hoc sapientem esse vocatur. Quænam in mundi hujus negotiis, omnibusque vitæ civilis officiis diligentia? Minimas etiam urbanitatis leges sequi, hoc scire vivendi rationem dicitur. Denique iugiter attentum esse ut omnia in quætu ponantur, & nulla proficiendi relinquatur occasio; hoc hodierna die vocatur ingenio polleat, cordatum esse, atque ad omnia peragenda promptum. Quoties autem dictum fuit omnia sapere amitti, eo quod aliquæ neglectæ fuerint circumstantiæ? At quænam serio status sui muneribus vacat? Quis ledulo proficere studet, atque vel minimam capere occasionem placendi Deo, & in virtute crescendo? Quis minuta etiam religionis munera adimplere fatigat? Hoc statim scrupulus, mentis exilitas, nugæ, & ineptiæ appellatur. Si centum levia ornamenta, quibus mundana mulier se ipsam comit, vel centum adfectus, molestique agendi modi, qui in mundo servandi sunt, mentis infirmitas, & nugæ vocentur, esto; satis enim intelligimus, eum qui bonæ mentis sit, his ineptiis vacare non posse; quod autem exacta probitas, & constants diligentia in muneribus omnibus obundis, extrema conscientia religio, ardens, & sollicita cura minima etiam evitandi peccata, exigua mentis indicium sit; ne ille quidem, qui adeo iniquam fovet cogitationem, nimis angustum habere spiritum, cor vero corruptum adhuc, dicens est. *Idem.*

Nequaquam æquior concipi posse mihi videtur vitæ christianæ idea, quam si consideretur tamquam vita iugiter intentia iis, quæ Deus a nobis quolibet in statu & quolibet five exteriori, five interiori actione flagitat; & hæc dispositionem innuere Propheta videtur, cum ait: *Providebam Dominum in conspectu meo semper.* Psalm. 15. Hic enim oculorum conspectus in Deum, servi est in dominum, & sicut in parentem suum, qui sincerum completitur desiderium omnia illius cognoscendi mandata, & cordis præparationem ad eadem explenda. Attamen interiores inter, exterioreque actiones hoc discriminis interest, ut multo melius agnoscat, utrum exteriores actiones conformes sint, an abnormes status nostri muneribus, quam interiores, quas sæpe tegunt nebulæ, quæ illis offundit concupiscentia; ita ut pro certo asserere nequeamus, utrum cor nostrum vere in eo statu sit, in quo illud esse Deus vellet. Verum quandoquidem hæc diffipare caliginem minime possumus, exterior tamen pars est regenda; quia vitæ exterioris regimen via est, qua ad interiorem partem regendum fit gradus. Quomobrem si nondum eo sensu habemus, qui habendi sunt, omittendum tamen non est, quod facere oportet; exempli gratia cum animum erga aliquem exacerbatum habemus, sensus hujus nullam habere debemus rationem, sed erga illum nobis agendum est, perinde ac cor amore, & benevolentia repletum esset; atque hoc pacto sperandum est futurum, ut nobis Deus gratiam elargiatur interioris motus nostros regendi, quemadmodum propter amorem ipsius externos fuerimus moderati. *Specimina Ethica tomo 1. tract. 2. cap. 6. & 7.*

Attentio hæc, & vigilantia in muneribus nostris obundis nos continet in vita ordinata, æquali, & uniformi, efficitque, ut iidem temporibus iidem fideliter exercitiis vacemus. Si enim hæc nobis semper mens fuerit Dei voluntatem perficiendi, quemadmodum semper nobis esse debet in omnibus actionibus nostris, jure iudicabimus non divinæ huius voluntati magis conformes futuros, ubi fecit fuerimus ordinem prudenter institutum juxta lumina, & consilium eorum, quibus nos regendos commisit, quam si ex mera libidine, & voluntate operaremur. Quo minorem in actionibus partem sibi nostra vendicat voluntas, eo magis credendi locus nobis est, nos eas facientes sequi Deum; & illæ ipsæ, quæ æquales, vel neutre sunt, sunt inæquales, cum aliis hæc ratio uniformitatis accedit. Verum quamcumque nobis regulam præscriperimus in iis, quæ per se neutre sunt, celeriter est immutanda iis in occasionibus, ubi Deus aliud se a nobis petere ostendit. *Ibidem.*

Hoc mihi concedi opus est, ea, quæ neutra sunt, bona.

pellamus, quibus vulgo impliciti sumus vel ex vitæ naturalis necessitate, vel ex vitæ civilis decore, per se omni culpa vacare. Etenim quid mali est, e frato surgere, caput comere, canare, quiescere, cum amicis sermones mittere, negotiorum suorum curam gerere, familiæ suæ invigilare, jucundum aliquod solatium carpere, ut vel corpus gravi labore defessum, vel spiritus violenta quæpiam contentione fatigatus reficiatur? Si quid reprehendimus, quod malum iudicamus, eo quod lege aliqua prohibeatur, hoc ego quidem illis non accenseo, quæ neutra vocantur, cur enim dubitandum est, quominus bona fiant, ubi ex ordine sunt? Quid enim actionem aliquam rectam facit, nisi conformitas, quam habet cum lege atque ratione? Igitur si illæ censentur veluti profectæ ex ea lege, quam adorare debemus, hoc est ex Dei voluntate, quæ nos illis subicit; & alioquin ratio nobis dicit, iustum, & æquum esse, quod illis pertungamur, nonne ex hoc statu, in quo neutre erant? Et nonne adhuc mereri possunt, si supernaturali fiant intentione? Etenim quandoquidem sunt, quia ratio, & officium suadent, & quia jubet Deus, cur ex numero virtutum expungendæ sunt? *P. Hainevore parte altera libri de ordine vitæ, & morum sermone 6.*

Si temporis curam habere, ac ordinem, & regulam pro omnibus vitæ nostræ actionibus præscriptam observare sciremus, quam magnam brevem thesaurum congerere possemus? Quot colligere munera merita! quot coronas, & gloriæ gradus acquireremus? verbo, quot pro cælesti patria thesauros! Nulla esset actionum nostrarum, quæ virtus non esset, nullum esset verbum, nulla cogitatio, quæ amplissimam remunerationem non mereretur, nullum momentum, quod acquirere non posset æternitatem, nullumque charitatis actus non recipere. Heu! quam pretiosa esset vita adeo bene tractata! Momenta singula tamquam anni, dies vero tamquam sæcula haberentur. Hæc via est, qua brevi temporis spatio ad honorabilissimæ meritis perveniri potest; etenim, ut Sapientis ait, non annorum, sed bonarum actionum numerus venerabilis ætatis hujus honorem nobis impertit, & homo, qui temporis sui curam gerere novit, invenit, se plus fecisse paucis illis, quibus vixit, diebus, quam alius quilibet, qui in flagitiosa vita consensuisset. Heu! Fideles quantum amissi temporis! quot dies de vita nostra delendi! quot anni pro nihilo computandi! Quidam, qui sexagesimum, vel octuagesimum agit annum, non aliud est, quam puer, si ex meritis ætas illius numeretur: hic puer est centum annorum, qui non alia senectutis habet indicia, quam rugas, atque infirmitates: cumque huic ratio erit reddenda vitæ suæ coram iusto iudice, qui nostras dumtaxat actiones respicit, ostendet, ipsum diu in terris permansisse, sed vixisse parum. Si prophanus historicus Saulis historiam scripsisset, testatus fuisset regem hunc in Judæam annos quadraginta regnasse, toties enim Sol annum orbem circumgessisset; sed Biblia, quæ hæc in re Astronomorum numerandi rationem non sequitur, & quæ annos potius ex meritis metitur, quam mensibus, ait illum benigne tantum regnasse, quia duos tantum sanctæ & secundum Domini legem vixit annos. *Idem.*

Affirmare non vereor, modum, ex quo de hominis alicujus interiori parte iudicium ferre possumus, esse exteriorem ejusdem partem consulere hoc est, quomodo regat tempus suum, actiones, negotia, & quidquid extrinsecus patet; hoc enim præclarum est præjudicium, quod fidelis in exterioribus actionibus suis adeo regularis, diligentior sit in iis, quæ magis essentialia, majorique momenti sunt, videlicet conscientiam dirigit, vota, affectus, omnesque animæ suæ motus moderatur. Hoc autem præjudicium ita bene constitutum est, ut quemadmodum de causa melius iudicium nequit profertur, quam ex effectibus ejus, ita certius haberi non possit iudicium, quod homo vere virtute præditus sit, quam si illum videamus omnes actiones suas ex ordine peragere, & quæcumque ab illo sunt, secundum Dei legem, rectamque rationem esse ordinata. Hinc fit, quod Scriptura sancta, quemadmodum nonnulli animadvertunt, vitæ & quæter etiam atque etiam horretur, ut vigelemus, ut videlicet intelligamus permitendum non esse, ut vel una diei elaborat hora, quin cogite-

Quam magnam meritorum thesaurum pro cælesti gloria acquirere possimus omnino ordinem peragentes.

Si exteriores actiones nostræ bene ordinata fuerint, certissimo iudicio est interiorum quoque bene ordinatum esse.

gitemus, quid, & quomodo tunc temporis nobis faciendum sit. Non ideo tamen dixerim nefas esse, necessarium quieti concedere tempus; sed quod, ut S. Paulus ait, neque dormiendum, neque vigilandum, neque aliud quippiam faciendum est, quod ordinatum non sit, quod perfectioni nostrae non proficit, quod ad supremi Domini, cui famulamur, gloriam non refertur; hac enim vera nota est, nos eidem fideliter inservire. Idem.

Num aliquis hoc in actu inveniretur, qui se ad omnes actiones suas regendas se nequaquam teneri censeret, dicens sibi nihil esse faciendum, cumque casus agendi sibi praebeat occasionem, se regere non posse, quod praevidere non potest, & ad quod neque jus aliquod habet, neque aliquam se se disponendi facultatem? Quid, auditor, homini ad laborem nato, ut inquit Scriptura, nihil est quod agat? Christianus, qui rationem redditurus est Deo de omnibus vitae motibus, & cui aeterna est acquiritura felicitas, non habet, cui vacet? Si huic homini habenda fides est; indignus est qui vivat; quilibet enim in civili vita suam habet occupationem, alii quidem ea necessitate, alii propter rationem status, & conditionis, in qua illos Providentia constituit, alii denique ex propria voluntate. Sed quomodo hoc dicere potest? Numquid pater familias? Haud ita profecto! Ordo enim, qui domi suae esse debet, nonne est honestus, atque christiana occupationis argumentum? Nonne praeterea extrinsecus occupationis argumentum? Nonne tubide recentia eidem occurrunt? Nonne sexcentis rebus consulere debet, quae ad familiam, atque personam eius pertinent? Una ejus negligentia prohibere potest, ne hisce rebus omnibus ordinem adferat. Namquid adolescens est, cui nullam adhuc est negotium, vel qui, cum satis superque habet, unde vivat, tempori tantummodo traducendo vacat? Totus ordo, quem in diurnis actionibus constituit, est videre, quibus solatiis singulas horas impendere debeat, ludis, conviviis, deambulationibus, sodalitatibus, choris, theatris; quae cum omnia simul esse non possunt, partitur illa, utque ex ordine indulget. Heu! quotnam horum die id genus mortales? Vetus quidam aiebat, hujus vitae mortales in hominum numero habendos non esse; sed christiana religio nos docet ipsos in turpi, atque criminosa vita ratione versari. Numquid tandem est mundana mulier, quae nudam tantum, vestes, ornatus, muliebremque mundum incumbit? Hoc sane est nihil habere, quod agat; verum ideo coram Deo munere suo satis personata videbitur? Numquid demum vir erit ille, qui vim omnem, laboreque perhorrescit? Hujus negotium est nullum habere negotium, otiosi, inertem, inutilemque vitam traducere, nulla habet negotia, quibus coram suam valeat impendere; verum metere debet, ne aliquando in tenebris exterioribus cum inutili evangelico sermo proiciendus sit: *Sermon inutilis egreditur in tenebras exteriores.* Matth. 23. Talentum coelitus datum fudit; eodem uti nescivit, eo quod tempus, actionesque suas distribere ignoravit juxta ordinem, quem status, conditio, & ratio illi praescribebant. Dicit nihil tibi esse, quod agas, & nihilominus christianorum more vivere teneris. Heu! numquid pauperes defunt, quibus teras operam, agri, quos convenias, massi, quibus solatium praebeas, bona denique opera, quae exercent? Haec sunt actiones christiana, ad quas perficiendas Deus tibi tempus contulit, & facultatem, ex quo te vocavit ad eum statum, qui non alias expetit occupationes. Et si verus es Christianus, haec sunt actiones a te dirigendae, ne alteri culpam negotio te vacare prohibeant. *Auctor Anonymus.*

Namquam nobiliter certum praescribere debemus tempus ad aliquod faciendum, ita ut hoc quocumque pretio stata die, vel hora sit perficiendum, alioquin evidens subimus periculum nosmet turbandi, quia forsitan majus requiritur temporis spatium, ut bene fiat. Praeterea quis tibi dixit, nihil eventurum quod minime praevideas, & quod tibi moram injicit? Hac tibi mens sit, ut omne necessarium tempus impendas, ut fiat quomodo faciendum est; quia tibi aliquos cancellos, terminosque praescribas. Ad haec tibi illud facies, cave, ne festinatione fiat; ab omni impetu, ac furore abstineto, ne omnia corruptas. Utere, si tibi lubet, diligentia, praecipui vero festinatione nunquam. Qui nimio feruntur impetu, negotia sua non curant, sed evertunt. *Auctor Anonymus.*

Inanis, & inutilis est excusatio, qui sibi nihil faciendum esse dicunt.

Tempus pro quolibet actione non ita statendum est, ut absque intera hoc tempore cam necesse volumus.

Quoniam vigeret tranquillitas in familia, si omnia optime instituta, ordinataque essent; si illic laboris, & quietis horae possent consisti, si dici posset, tantum impenditur temporis mane, & vespere, ut Deo preces effundatur. Hac hora estrato surgimus, hac cubitum recedimus. Hac operi huic hora destinata est, praeter quam eadem manum admove neque est. Quomodo omnia ad unguem fierent! quam jucunda essent officia, labores autem quam mites! Nihil importuna fieret; cumque nulla essent inutilis horae, nulla quoque inutilis laboribus essent praegravatae. Ordo hic quodam efficeret temperamentum, quod ipsa varietate fieret acceptissimum; nihil naufragum, vel iudium signere posset in actionum adeo bene ordinatarum vicissitudine. laboris mutatio quies esset. Dies non adeo speciosus esset, nisi nox illud exciperet; & non ferenda esset nox, si semper esset duratura. Pro bono familiae hujus regimine non satis est, horas habere singulis actionibus destinatas; opus adhuc est, actiones haec talibus horis honeste exerceri posse: non enim omnia temporum discrimina aequae rebus omnibus peragendis idonea sunt, neque actiones omnes qualibet ex viginti quatuor horis fieri possunt: quapropter ordine opus est; & hic ordo sapienter esse debet institutus. *Familia sancta P. Corderii tomo 2. cap. 2. §. 3.*

Offende mihi familiam, cujus omnes personae simul tanquam musicae chorus consentiant, in qua singuli suam partem chorum consentiant, in qua conveniunt, ut omnia ordinem servent, nihilque sit inordinatum, asserere non dubitabo. Deum huic domui praesere, & unionem, atque pacem hanc esse praesentia ipsius. Verum si in hujus ordinis, & consensionis locum simulas succedat, si quilibet se se supra gradum suum cupit attollere, si hic illius se se immiscet officio, si mulier viro praevalet, si famuli dominantur, si quilibet pro libidine vitam instituit, si tandem dissenso animos dividit, & non lex, non ordo, non regula in illis invenitur, num coeli benedictio in domum hanc se se effundat, & pax in familia adeo male instituta regnabit? *Idem.*

Addendum quoque est, praeviam, premeditatamque actionem, quae consulto suscipitur, est, alia prioritate fieri, ideoque longe alium eventum obtinere. Cogitatum fuit, quid consilii capiendum, quae adhibenda instrumenta, quae arte utendum. In operis vero perfectione tota impenditur ratio, nihil enim eam turbat, nihil illi offundit caliginem: nulla est circumstantia, in qua acciem oculorum non convertat; cumque omnia diligenter provisum fuerint, non deest tempus decorum observandi, quod necessarium est, & suscipiendum opus ad unguem expolitur, extrema illi manus ad novit, omnia sine rumore transiguntur; quia nullam tibi partem obtinet cupiditas; cum e contra ubi agendum est, antequam prospererimus, torsura est, si quid nobis e voto contingit. Quomodo autem contingat, quandoquidem inopinatas res nobis animi praesentiam admittit, ac nos ipsos perturbat? Quid facere potest homo, cui caput infirmum est, cum tria, vel quatuor se se simul offerunt negotia, eaque magis momenti, eo quod singula temporibus suis procurata non fuerint? Unam principium ducendum est? Ratio ejus consistere zgantur, & perturbantur. Ubi primum ochausse, iterum orditur, mare, dolet, derelinquit omnia, ac in alios rejicit culpam, cuius ipse unus est nocens. *Idem.*

Quaecumque tibi regulas proposueris, ut omnia suis temporibus fiant, & quocumque tempus rebus singulis destitaveris, diligentia, atque sedulitas tua in illis servandis non adeo religiosa esse debet, ut nequeas, immo ut minime debeas duobus, vel tribus in casibus ab eadem recedere. Primum; cum inopinata necessitas jubet, aliquid a te relinqui alteri rei vacaturus. necessitas non habet legem, ut est in adagio, vel potius, Dei lex est, quod vult, mandata quibuslibet ordinibus esse praeservanda, omneque arbitrarias leges tibi cedere, & id, quod prius urget, prius faciendum, & ea, quae praecipui, his, quae consilii sunt esse antefertenda. Secundo; non minor charitatis, quam consilii ratio habenda est. Omnes excusationes, quae ex hac parte procedunt, omnes legitimae sunt, nemperque & a Deo, & ab hominibus receptae. Ita-

Felicitas, & pax in bene constituta familia.

Mulier fortis, de qua in Prov. 31. mo, vitae regularis exemplar est.

Actio praevia, & premeditata, ut tempore suo facta longe aliter cedit, quam cum fortuito sit ac festinantur.

Occasiones in quibus licet recedere ab ordine praescripto.

que ne mordicus inhærere velis sedula, religiosaque omnium horarum tuarum observantiae, cum alio te charitas evocat, vel te cogit a tua regula recedere: tua inquam regula, quam tibi met praescripsisti: charitas enim prima est christianae religionis regula, ad quam etiam tamquam ad legis finem caeterae referuntur. Tertio: cum absolutum illius imperium, qui in nos obtinet auctoritatem, id praecipit: tunc enim postulat obedientiam, ut propria, & exilis regula deferatur ad eam virtutem exercendam, quam Deus ipse praetulit sacrificio, & iis rebus omnibus, quae vel maxime ad ipsius gloriam possent conferre. Cum virtutis hujus meritum per se satis pateat, audacter caetera relinquenda sunt, ut nosmet alacres, promptisque praebemus iis, quae jubemur. Hos excipe casus, quos nemo in dubium revocare, aut vituperare potest, laudabile est adhærere regula, quam tibi met praescripsisti, & ordini, quem instituisti. *Idem.*

Nihil ad docendum aptius est, quam mulieris fortis imago nobis a Salomone proposita tanquam exemplum animae, quae vera virtute praedita est, atque in omnibus officiis suis solertissima. Cura utendi consentium, & pacem in familia non extrema est inter occupationes illius. Vigilantia in omnem domum suam, & sedula sollicitudo, ut ibi bonum ordinem conservet, studium illius est. Eius erga omnes homines suavitatis, atque in omnibus verbis sapientiae eam admirabilem praebent. Promptitudo, qua domesticis suis stipendia persolvit, eorumque necessitatibus prospicit, non minima est inter praerogatas istius. Charitas ejus praesertim vero erga egenos, pauperum omnium amorem ipsi conciliat, ac tempus omne, quod in numeribus status adimplendis minime impendit, hoc in laboribus, manuumque suarum operibus transmittit. En ad quid redigantur perfecta hujus, ac vere regularis mulieris descriptio, cujus Spiritus sanctus adeo eximium nobis proponit elogium, & quae rarior est, & pretiosior unionibus, & margaritis, quae de extremis terrarum plagis advahantur. Haec nequaquam ob fulgida nitescit facta, neque per insuetas incedens vias inter caeteras micat; sed fulget propter sedulam diligentiam, qua communia obit officia. Haec fortalis virtus non est, quam omnes suspiciant, & quae omnibus placeat; sed virtus est vera, solida, Deoque vere accepta. *P. Croiset in spiritualibus considerationibus.*

Verum quidem est regularem vitam, ac nulla in re, quae ad ipsius pertinet officia, deficientem, plurimum rebus attentionem excolere; sed qui mundum sequantur in hac multiplicitate mobilium ingeniorum, quorum ipsis ratio diligenter habenda est, nullas ne habent regulas, nulla officia, quae servent? Nullamne adhibere debent fibimet ipsi attentionem, ne illis displiceant, qui aculeatis, facitque salubris adspersere gaudent? Plurimum studii horae, quas diebus singulis mundana mulier impendit, ut se se comat, multo magis fatigant, quam precum, morumque regularitas femper facili; & qui verba faciam de secretis sollicitudinibus, quas pati tenetur, & quas dissimulatio efficit acerbiores, nonne tota dies illi crux est corporis, animique, quae non ferendum efficeret cultum Dei, si ut illi placeret, tantumdem ex illa requireretur.

Persecutio semper bonorum fuit pars; certum est autem gravissimam nequaquam semper illam esse, quam ab impiis perpeti debent. Acerbissima illa est, quae ab illis pronoscitur, qui pietatem profitentur, & qui in virtute probanda esse debent ardentes. Quod pia persona, cui persuasum est de inevitabili necessitate, qua in statu suo debet esse regularis, se se letet in ad minima etiam illius munera fideliter obeunda non veluti quasdam urbanitates consuevit, sed tamquam officia ad saluam assuetudinem necessaria, multa indiget constantia, & major adhuc patientia, ne cedat multitudini eorum, quibus haec vivendi displicet ratio. Qui in eadem professione minus regulares sunt, & quorum numerus semper est major, sedulam hanc diligentiam respiciunt, tamquam tacitae censurae speciem, & fervor illi secretis videtur sine ignavia exprobratio. Regularis hic homo frustra in sentio, & secessu latet, frustra suis tantum vacat officiis; nemini suavitatis, ac humilitatis cedit; nvidia non nisi virtute domatur. In illo se nihil aliud deprehendere pu-

Actio praevia, & premeditata, ut tempore suo facta longe aliter cedit, quam cum fortuito sit ac festinantur.

Vita regularis & fortis non est adeo austeris, ut censeatur.

Qui regulam severam mutata patitur, ab illis qui nullam sequuntur.

tant, quam superbia spiritum; ac nimia ejus regularitas efficit, ut veluti novus morum moderator quidam habeatur, tranquillam animi remissionem, cujus possessione fruebantur, perturbans. *Idem.*

Locus profecto relinquendus non est censurae, & irrisioni, odiosis singularitatibus, quae semper sunt effectus secretae superbiae, vel nimis religiosa, & quae scrupulum sapit, sedulitate, quae homines avertit; verum cum quibusdam mortalibus minime placemus, quia minus nostrum diligenter obimus, atque summa officii fide omnia ad unguem adimplemus, tunc consolari debemus; hujusmodi quippe infortunium nobis honori cedit. Namquam oblivisci debemus Oraculum illud: Quicumque se qui vult Jesum Christum, hic ab omnibus mortalibus sibi quocumque mali genus debet expectare. *Idem.*

Satis communis eorum, qui in officiis suis diligentes, & regulares haberi volunt, defectus est, omnibus sese rebus immiscere velle, nec pati, quidquam elabi vigilantiae, & cura suae. Hanc esse reor sententiam horum Ecclesiast. cap. 12. verborum: *Fili ne in multis sint actus tui.* Etenim quod madmodum illi, quibus unum tantum est, quod agant, ac unum, quo perfungantur, officium, facit eorum summam consequantur, quantumvis mediocre afferant sollicitudinem; e contra vero qui se se rebus omnibus immiscere, omnia videre, omniaque per se ipsos transigere conantur, magis se se motibus agunt, & nil ferme operantur; ingentes inventiuntur obices, ubi aliquid singularitatis suscipiendum est: multitudo negotiorum aliorum, quibus onerati sunt, cogitationes eorum confundit, prohibetque attentionem ei rei, quam actu faciunt, impendendam. Moyses procul dubio religiosus erat legum divinarum observator, sed ita ac redargutus fuit a Jethro locero suo, eo quod nimium se se rebus immisceret, volens omnia per se populi sui negotia cognoscere, atque transigere, ab eodem admonitus fuit, ut aliis, quos pares censuisset, adeo gravis facinorae partem committeret, illis minoris momenti causas cognoscendas relinquens, sibi quae majoris essent, cognitionem, ac decisionem referrens. *P. Suffren tomo 1. anni christiani, cap. 5. art. 4.*

Spiritualis vitae magistri sapienter monent, omnes diurnas actiones ordinandas esse pro vario statu, & conditione, in qua singulos Providentia constituit, quod sapientis, prudentisque directoris consilio faciendum est, & ubi ordo hic esse bene fuerit institutus, sedulo servandum esse, quantum prudentia, charitas, atque valetudo permittunt. Non minima religiosi status consolatio, atque utilitas, mea quidem sententia, haec est, quod occupationes omnes ita dispositae, ordinataeque sunt, ut nihil vacuum, otiosum nil addit, sed omnia repleta, ac suis quaeque destinata temporibus. Verum quis prohibet, ne qui in mando versatur, incomparabilis hujus boni sit particeps, vitamque ducat regularem, & hoc in sensu penitus religiosam? *Idem cap. 6. art. 2.*

Non satis est otium fugere, & occupari, bene se se occupare opus est; atque nosmet bene occupemus, labor ipse dirigendus est, sine quo multum, sed male occupantur; non solum quia malas, & inutiles faciunt actiones, sed quia illas rationem, sine ordine, sine regula, sine methodo faciunt. Semper agunt, semper moventur; sed natura suae impetus, vel libido, non autem gratia, & ratio eos movent. Etenim quin loquar de laboribus, qui propter ambitionem, avaritiam, vel aliam quantibet animi agilitatem suscipiuntur contra Dei legem, male iis perfunguntur, ad quos Deus, & officium illos impellit; neque enim illos aggrediuntur, prout ratio illis praecipit, & natura, magnitudo, & necessitas cujuslibet actionis requirit; quis enim nescit, nihil bonum esse, nisi hic ordo servetur? Ordinem singulis rebus perfectionem tribuere; sine hac regula, nimis, vel parum, excessum, vel defectum semper esse metuenda; & fortuito accidere, si quid cedit e sententia? *Sermo Regularis, & oratio vitae quem nobis praescribit, unus divinarum legum observantiam et fieri faciliorem.*

Cum religiosorum obedientia sit potius facilis, quam invenerunt Sancti ad legem Dei observantiam, quam nova severitas ab illis addita evangelio; ita vitae regula, quam, qui in mundo vivit, sibi in suo statu praescribit, non est nova lex, quam sibi met irrogat, sed praesidium est, quod ta-

In regularitate defectus est nimium se se negotiis immiscere.

Ut bene occupemus fecerunt Deum atque rationem, nosmet regulam in actionibus praescribere debemus.

Regula, & oratio vitae quem nobis praescribit, unus divinarum legum observantiam et fieri faciliorem.

facile
rem.

clilorem efficit legem, & mandatorum Dei, quae
necessario servanda sunt, observantiam. Etenim
quocumque in statu sit, numquam licet illi agere
ex cupiditate, neque suam sequi voluntatem, at-
que libidinem. Dei voluntas semper esse debet
regula nostra non solum in iis, quae majoris mo-
menti sunt, & quae raro accidunt, sed in illis et-
iam rebus, quae vulgo vitae nostrae cursum compo-
nunt. Cum autem haec Dei voluntas difficile de-
regatur, cumque voluntas propria saepe divinae
voluntatis sibi arroget locum; aequum nonne est,
se se alicui regulae subicere ex sapientia alicujus
directoris monito, & consilio, ut nosmet determi-
nemus, nobisque magis manifestam efficiamus Dei
voluntatem: certum quippe est Deum, qui omnia
cum ordine fecit, velle, aliquem a nobis in iis,
quocumque facimus, ordinem observari. Neque
videndum est, eo quod votum nuncupavimus a-
lia religiose vitae officia exercendi, posse nosmet
ab illis dispensare, quae nobis sunt adjuvamento, ut
nosmet in pietate, & cultu Dei confirmemus.
Essays de Morale tome 1.

Dici actio-
nes ordina-
re valida
est contra
vitium me-
dicina.

Dicere possumus peculiarem hanc regulam, quam
sibi quisque facile praescribere, & observare po-
test, praesertim esse contra vitium tot malo-
rum originem amuletum: quomodo enim vitium
hoc adeo commune locum habere potest in eo,
cujus omnes horae ordinatae sunt, & qui novit,
quantam in re illas debet impendere? Ceterum
quemadmodum per hanc ordinem hanc nobis ir-
rogare debemus legem nihil negligendi, sed pro
vitiis sedulo perscrutandi ea, quae debemus, ut
satis muneri nostro faciamus, omne tempus culli-
bet actioni debitum impendatur; atque hoc pacto
neque ultra temporis iactura, neque negligentia ul-
la metuenda est. Si quid autem forte acciderit,
quod non comprehendatur ordine, quem ipsi nobis
praescripsimus, ad illa intervalla, & successi-
vas horas reservatur, quandoquidem non ita stric-
tum temporis mensura capi potest, ut nihil abun-
det. *Sermo Manuscriptus.*

Hae ordi-
nata vita
communis
est via, per
quam Deus
pleniusque
fideles de-
ducit.

Cum regularis vita sit plerumque uniformis,
praesertim vero in familiis, ubi eadem quotidie
fiunt, & in munere aliquo, vel alicujus magistra-
tus officio; atque duo haec longe inter se di-
stant, agere ex consuetudine, & alicujus rei fa-
ciendi ex ordine consuetudinem sibi efformare.
Agere ex consuetudine est, parum laborare de
munere suo persurgendo, dummodo imperata
sint, quin ultra afferatur diligentia, quae ad ea
facienda requiritur. Regulam vero, & consuetu-
dinem efformare singula ex ordine, & suis qua-
eque temporibus efficiendi, haec ratio est eadem
bene efficiendi, quemadmodum ex omnibus arti-
bus patet, in quibus opifices quotidie peritiores
sunt exercitatione, cum experientia, & habitus
sint in causa, ut omnia facilius, perfectiusque
exequantur. *Idem.*

Ordinata haec, & regularis vita, quam infiniti
proprium Sancti fecerunt, recta via est, per
quam illos deduxit Deus. Etenim quamvis nemo
differri possit, a Deo plures per iniquitatis vias
deduci, fatendum est tamen hanc omnium esse
communissimam, atque facillimam. Et profecto
Sancti omnes neque Eremitae fuerunt, neque Apo-
stoli, neque Martyres. Maximus eorum nume-
rus, quibus hodie coelum repletum est, eorum est,
qui in terris communem vitam vixerunt. Hi olim
fuere, quod vos nunc estis: & si eorum vitae ra-
tionem, actionesque perpenditis, invenietis eorum
plerisque, quos ecclesia in Sanctorum albo descri-
ptos colit, non semper egregie factis, longis la-
boribus, ac iniquitatis operibus entulisse; sed com-
muni vita, magistratus alicujus officio, familiae
cura, iidemque muneribus, quae vos hodie exer-
cetis. Illud vero in illis peculiare reprehenditis,
in quo etiam facile eos imitari est, & vosmet ad
illorum exempla componere, hoc est, quod ad-
mirabili vigilantia munera obibat sua; quod vi-
tam bene institutam, suisque officiis adimplendis
attentam agebant, quin unquam a proposita sibi
vivendi norma defecerent. Inter hos etiam Prin-
cipes, regesque videbitis, quibus statum erat
pro negotiis tempus, alterum vero pro actioni-
bus, & exercitiis pietatis; qui ita fieri rationes
instituerunt, ut illius pars altera in miserorum
ope, altera vero in republicae necessitate impen-
deretur: ibi invenietis etiam Magistratus, viros-
que vario dignitatum genere coruscantes, qui hac
etiam in re ob oculos Dei nituerunt. Omnia in

eorum domo bene erant instituta, persona, ser-
vi, preces, labor, officia. Omnia ibi praevidetur
erant disposita, & fideliter adimpleta. Et haec il-
la via est facilis, & admirabilis, per quam Deus
illos deduxit: *deduxit illos in via mirabili, ut Sa-
piens c. 10. ait, loquens de eo modo, quo Deus
populum Israel in terram promissam adduxit. Au-
thor Sermorum in omnia Ethica Christianae argumen-
ta, Sermo de hujus argumenti, tom. 3. sermonum par-
ticularum.*

Magna profecto in mortis articulo erit consolatio
posse nobismet hoc perhibere testimonium, nos
non ex libidine, malove consilio hoc illudve fa-
cinius aggressos fuisse, atque huic, vel illi exer-
citiis vacasse; sed cum omnes istae actiones sint
intra officiorum nostrorum ordinem, nos Dei volun-
tatem perscrutasse, & si quis obrepit error in ea
ratione, qua illis pertineti fuimus, eas saltem re
ipsa iustas, & sanctas fuisse. Certi etiam esse po-
terimus, dies nostros in Dei servitio fuisse tradu-
ctos, quandoquidem secuti ordinem sumus nobis
ab illis indignatum, quos nobis praescribit, ut ab
iis regeremur; & si quid erravimus, semper ta-
men multum esse, nequaquam cecidisse in ea fla-
gitia, in quae abnormis & exlex vita nos impul-
set. Quod si una dies sancte ordinata non solum
sine scelere, verum etiam cum tot meritis tran-
sigerit, conjicite, quod gloriae pondus, quanta
mercedis amplitudo vos maneat post finem vitae
christianae, & in jugi bonarum actionum exercita-
tionem traducta, quales illa sunt, quae adeo viti-
bilibus divinae voluntatis gerunt characterem. *Idem.*

Eito quidem in hac vita privata, atque unifor-
mis ratione non adeo insignes actiones fiunt, ac
aliae, quae alterius vitae professionis per se perfe-
ctiores, quales sunt ecclesiasticorum, & canonicorum.
Eito non tot affluentes erogentur elemosy-
nae, nec frequentes effundantur preces, neque in
hoc vitae genere tot exercentur austeritates, quot
a religiosis viris exerceri consueverunt. Non qua-
runtur hoc in loco, uter status perfectior sit, atque
ad salutem utilior; sed certa quaritur ratio nos-
met salvos faciendi in eo statu, in quo nos Pro-
videntia constituit: & ajo, hanc esse regularem,
sedulam, ac fidelem se praebere in observantia
eorum officiorum, quae huic inhærent statui; &
eos, qui perfectiorem, sanctioremque statum am-
plexi sunt, ut se sanctos, ac perfectos in eodem
efficiant, in ipso regulares esse; & constantem
ordinem, quem sibi in eo praescriperunt, sequi
debere. *Idem.*

Ex quo in vita ratione nullus ordo servatur;
jam effusa licentia vocari potest: neque enim aliud
facere volumus, quam quod nobis placet, quod
fere in vitium degenerat; hanc enim sensum de-
scensus sit. Etenim cum nulli nosmet subicere
possumus regulam, ut fidelis status, ac religiosus
nostrae muneribus persurgamus, quamprimum pro-
fus excutimus jugum Dei, nosmet dispensantes
ab illis, quae inter christianae religionis officia ma-
gis austerius sunt; cumque idem licentiam spiritus
ubique grassetur, neque a personis, neque a tem-
poribus pendere volumus, & quamprimum non
aliam actionum nostrarum normam legemque ha-
bemus, quam ingenium, libidinemque nostram,
quae ubi illa sequamur, quantum mali ferat, ipsi
nostis. *Idem.*

Qui mundi rumoribus assueverunt, vitam bene
institutam, ordinatamque tractissimam, ac mo-
lestissimam putant, verum jurene, an injuria?
Viri boni in regulari & christiana vita perum
percipiunt gaudium, ac jugem tranquillitatem: num-
quid defendi sunt, eo quod morum nequitiam,
& effrenam saeculi licentiam perhorrescunt? Num-
quid miseri habendi sunt, quia tumultum vitant
illi, quos in saeculo Dei suavissimis cumulat con-
solationibus, & quorum poenas suaves efficit ea,
quam super infundit, incione? Ne illi quidem
admodum felices dicendi sunt, in hac etiam vi-
ta, quoniam, ubi sine illa agimus praecuratio-
ne, facere non possumus, quin illis invidemus;
& postquam omnibus voluptatibus perfructi su-
mus, cogimur ad christiani hominis officium re-
dire, atque ad illud tanquam unicum bonum,
quod cor humanum replere valeat, reverti; nimis
beati, si postquam per omnes jucundissimos
status transeverit cum Sapiente fateamur, omnia
super terram vanitatem esse, & spiritus asilicho-
nem, si Dei charitas abit. *P. Croiset, in christi-
anis considerantibus.*

Consolatio
in morte
ob vitam
regulariter
antactam.

In status sui
officiis re-
gularem ef-
ficere certum
est ad salutem
via.

Suavitas, &
tranquilli-
tas, quae in
regulari, &
christiana
vita gusta-
tur.

vera devo-
tio est in oc-
ficio suis
esse diligen-
tem.

Diligentiam, quam in voluntatum suarum exe-
cutione, suorumque praecceptorum observantia, ex-
petit Deus, considerat David exclamans: *Tu man-
dasti mandata tua custodiri nimis.* Psalm. 118. San-
ctus Propheta hac in re sibi satisfacere non poterat;
& quantumcumque studium ipse adhiberet,
longe minus videbat esse eo, quod sibi adseren-
dum fenebat. Cum igitur vera, & solida pietas
in hac fidelitate consistat, qua divina lex adimpletur;
inde eruenda est regula, secundum quam to-
tus interior status, tota devotionis ratio, totaque
vitae forma ad examen vocanda est. Omnes enim
status, devotiones omnes, omnique praxis, quae
nos ab officiis nostris avertunt, pravae sunt. Hoc
ipsum explicite apud S. Joannem Apostolum Ep.
1. c. 3. Deus ipse testatur: *Qui dicit se nosse eum
& mandata eius non custodit, mendax est, & in
hoc veritas non est.* Quamobrem hic idem sanctus
non ait illum, qui frugi est, & magnos habet pie-
tatis sensus, *justum esse, sed illum, qui omnem
adimplet justitiam: Qui facit justitiam, justus est.*
Essays de morale tome 10.

A peccis
nosmet
debemus
regularem
vitaem
regimine.

Maturo induere debemus spiritum ordinis,
regulaeque, ut quocumque temporibus suis fiant;
perturbatio spiritus statim actionum perturbatio-
nem producit. Officium nostrum negligimus, ex
quo illius obediendi regulam contemnimus. Ceterum
cum actiones extra suum locum, tempusque
sunt, id saepe argumentum est, nos bonum inter, ac
malum haerere, atque modo hoc, modo illo ad agen-
dum impelli. Vera semet assuetudine huic spiritui
ordinis, & regulae, quae ad rectam vivendi rationem
institutam esse adeo necessaria, ratio est semet
subicere non solum suo rebus in omnibus officio,
verum etiam ejusdem obediendi modo; hoc est sibi-
met ipsam praescribere occupationes, sed illas
actiones nostras singillatim partiantur, ut ubi sum-
matim considerentur, vitam regularem compone-
re deprehendantur. Cum aliam regulam officio-
rum in alias transferatur horas ab illis, quae fuerant
constitutae, tota altarium series perturbatur; & hac
perturbatio causa est, quod ratio afficitur, quia
actiones ipsas extra earum locum exturbans illa-
rum pretium imminuit, ideoque avertit gustum,
quo eadem peragente assuebamur. Fateor equi-
dem fieri non posse, quominus a regula proposita
recedamus, atque inopinatas, nec non necessarias
res contingere posse, quibus cum ipsius ordinis
detrimento cedere oportet; sed cum ex necessitate
regulam relinquimus, ac eandem, ubi liceat,
non egre, neque gravate redimus. Hoc autem di-
ci nequit de illis, qui per animi inconstantiam il-
lam relinquant, non enim solum periculum est,
ut ad eam revertantur, verum etiam periculum
est, ne alio unquam tempore faciant id, quod o-
miserunt eo, quod ad illud faciendum destinatum
erat. Non longe abest, quominus ille ab officio
deficiat, qui illud vel ex libidine anteverit, vel
ex inertia, & relaxatione postponit. *Joan. Pictus in
libro, cui titulus: Puerorum educatio.*

Nisi pueri huic regulae consueverint, numquam
vel in pietate, vel in scientiis proficerent. Si enim
certum est, illos hac aetate suo persungi munere
ex habitu magis, quam ratione, certius adhuc est,
habitu non nisi per regulam contrahi. Hac rebus
in omnibus adeo necessaria est, ut sine illa nihil
ferre periciatur, vel saltem nihil fiat boni. Hinc

illi, qui suoque ingenio sunt impatientes, & quos
tardet facile ejus rei, cui manum admovent, &
agunt, quin ullam sibi praescribant regulam, di-
scere debent, quod cum fieri nequaquam possit,
ut repente ad exitum ejus rei perveniant, quam
aggressi sunt, patientia quidem opus est, ut labo-
rem sustineant, regula vero, ut rite illum abso-
vant. Non desunt, qui quod plura simul facere
volunt, vel omnia intempestive conantur, num-
quam persciant, vel operantur aliquid laude di-
gnum. Si vis ergo, pueros cum fructu ad laborem
incumbere, atque in pietate, ac scientiis profice-
re; postquam statutum est, quod ab illis exigis
fieri, tempus, quo illos facere cupis, eligendum
est; omnes illorum occupationes ad levissimam
quantitatem distribuenda sunt, ac horae ipsae ad mi-
nimum usque momentum dividenda. Praescriben-
dum illis est tempus, quod Deo debent impende-
re, illud, quod in studiis debent transmittere,
tempus solatii, atque prandii; horaeque singulae hac
ratione divisa ita fideliter in constituit exercita-
tionibus impendenda sunt, ut enorme factus com-
mississe se putet, & in veram cecidisse relaxatio-
nem, qui sine ulla necessitate ab usu sibi prescri-
pto divertit. *Idem.*

Quam maxime interest, nos incumbere ad con-
stantis regularitatis praxin, nec non ad officiorum
nostrorum observantiam ea cura, quae magis late
pareat, magisque illuminata sit, quam vulgo esse
soleat; quippe nobis persuasum esse debet, in hac
nostram consistere perfectionem, & hanc esse fan-
ditatem, quam Deus prestolatur a nobis in eo vi-
tae statu, ad quem nos Providentia evocavit. In
virtutis exercitatione facile fallimur, ac saepe ex-
terna species pro re ipsa sumitur. Non laetent
actiones jucunda hac specie ornatas placere, ac mo-
vere; & ignorare volumus, has coram Deo neque
meritum habere, nec pretium; quandoquidem sunt
fallaces, sterilesque fructus ferere superbie, quae
uni sibi satisfacere querit. Ne obliviscamur ergo
regularem vitam, quam virtus regit; miraculo-
rum esse congeriem. Sapiens inquit hanc veram
virtutem inter eos etiam, qui profiterentur illam,
ac vix eam reperit: *Quis est hic? & laudabimus
eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Eccli. 30 Sed
affirmare possum regularem vitam, quantumvis
communem, esse vere virtutis characterem. *Au-
thor recens, & Anonymus.*

Docet experientia, homines mundo addictos, &
qui incipere volunt sese dedere Deo, indigere qui-
busdam pietatis exercitiis, quae sibi met succedant
& quae statim horis fiant; quae tunc illis magne
sunt utilitatis, quantumvis tanta cum perfectione
non adimpleantur. Hoc signum naturalem mobilita-
tem ingenii, quod iam pridem evagari consuevit:
eosque assuefacit in rebus se ipsos torquere,
quae non admodum jucundae accidunt ipsis: nihil-
que saluti est adeo necessarium, quam inperium
hoc, quod sensum quilibet in se ipsum acquirit,
ut faciat, quod faciendum est, non quod facere
vellet. Hoc implet vacua temporis intervalla,
per quae extra semet homo evagatur, non quod
manifesto periculo ad prisinas consuetudines re-
vertendi. Regularis haec praxis, ubi pietatis, &
religionis spiritus fiat, egregia est pro praeterita
ignavia satisfactio, & oberrima meritiorum, &
gratiae pro futuro tempore origo. *P. Surin, tom. 3.
Dialogorum Asceticorum.*

Vera virtu-
tis charac-
ter est con-
stantis regula-
ritas in om-
nibus suis
obediendis.

Qui Deo
servire in-
cipiant ha-
bere debent
ordinata
pietatis
exercitia.